



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Origines Benedictinae, Siue Illvstrivm Coenobiorvm Ord.
S. Benedicti, Nigrorvm Monachorvm, Per Italiam,
Hispaniam, Galliam, Germaniam, Poloniam, Belgium,
Britanniam, aliasque Prouincias. Exordia Ac ...**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1614

Centula, hodie S. Richarij monasterium in opido eiusdem nominis, apud
Caletum regni Franciae opidum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11261

Plura vide in Actis eius à Surio euulgatis.
de S. Columbano vide infra cap. 13.

*Centula, hodie S. Richarij monasterium in
opido eiusdem nominis, apud Caletum
regni Franciæ opi-
dum.*

S Richarius Abbas & fundator mona-
sterij Centulensis in agro Pontiuo, fuit
Dagoberto Gallix Regi admodum gratus.
Vitam eius scripsit Alcuinus Flaccus ad Ca-
rolum Magnum Imp. quæ exstat apud Suri-
um tomo 2. Meminitque eiusdem Hucbal-
dus in vita S. Rictrudis Marchianensis. Ex
his breuem vitæ eius seriem recitat Molanus
in Natal. SS. Belgij; *Natus est Richarius in
villa Cētula, prouinciæ, Pontiuæ in quâ per pietat-
is opera; & prædicationis lumina clarus efful-
sit: sed & in vltimas Britannia regio-
nes lumen veritatis suo sparsit aduentu. Re-
uersus verò ad patriam, quodam tempore visi-
tauit equitando Deo deuotam feminam Ri-
ctrudem, & cum iuxta morem, ipsa ad
propria ascenso equo, remeanti, filiolum Mau-
rontum, quem antè sacro baptisate re-
generauerat, benedicendum daret, immisit
antiquus hostis equo ferocitatem: sed oran-
te famulo Dei, puer, qui ceciderat sanus*

S. Richar-
us prima ia-
cis funda-
menta mo-
nasterij.
Broilensis in
Flandria,
quod est ho-
die collegiū
Canonicoꝝ
S. Amari
vrbe Dua-
censi.

S. Richarius
in Broilo-
bij.

redditus est matri, & equus redditus est mansue-
tudinē suæ. Cum autem ab omnibus honorare-
tur, monasticam vitam petens, regimen Ecclesiæ
quam in Centulā viro fundauerat, alteri tradi-
dit. Porro Giffemarus, vir illustris & Christia-
næ religionis amator & Maurontus, terrarum
vel siluarum ad Regem pertinentium seruator,
præbuerunt ei locum manendi in siluā Tristia-
censi, qui & ipse Maurontus, postea seculari ha-
bitu depositō, monachus factus est in eodem loco.
Cumque vir Dei mansionem solitariam prepa-
rasset, Christo monasterium construere inchoa-
uit. At inibi tantā se mortificatione carnis
castigauit, vt vix ossa arentia dissipatis iunctu-
ris sibi adhererent, illum quotidie vincens in e-
remo, à quo Adam olim victus est in paradiso,
nec tamen in eremi angustia, lucis columna
laterē potuit, multis ad eum confluentibus
infirmis, quos sanctarum medicinis orationum
sanauit. Præscius tandem diei euocationis suæ
Christi viatico suum iter munivit, & inter
gratiarum actiones, & verba orationis, spiri-
tum emisit: conditus à Sigobardo commili-
tone, vbi suo Regi maximè militauerat. Sed
non multo post fratres Centulenses cum suo Ab-
bate Ocialdo corpus tulerunt posueruntque eo in
loco, in quo etiamnum cum magna meritorum
gloriā requiescit.

Ex his autem Alcuini verbis colligitur eum

Deo

Deo militasse multo tempore, deinde etiam obiisse, & quieuisse in Belgio. Nam Maurontus, ut infra ex Hucbaldo dicemus, monasterium suum Broili inter Flandros construxit.

Huc etiam referendum est ex Bertinensis monasterij Chronicis, propter Normannorum persecutiones, Flandriae Comitem corpus eius & corpus Vualerici ad S. Betini monasterium transluisse. In quo vtrumq; remansit vsque ad tempora Arnulfi secundi, qui Hugoni Capeto, postea Francorum Regi, ea multum reposcenti, tandem restituit.

Haecenus Molanus, Vocatur autem Centula hodie S. Richarij monasterium, opido eiusdem nominis in Picardia finibus inclusum.

